

BOLETÍN DEL CLERO
DEL
OBISPADO DE LEON

SANCTISSIMI IN CHRISTO PATRIS

ET

DOMINI NOSTRI LEONIS D. P. PP. XIII

LITTERAE APOSTOLICAE

QVIBVS

B. PETRO FOVRIER

CANONICO REGVL. CONGREG. SALVATORIS NOSTRI
REFORMATORI ATQVE MONIALIVM DOMINAE NOSTRAE
INSTITVTORI SANCTORVM HONORES DECERNVNTVR. (1)

Interim de Eo ad altarium honoren evehendo cogitatum est, et Inquisitionibus Ordinariis rite peractis ad virtutum *dubium* apud S. Congregationem ventum est. Cunctis legitime perfectis, Clemens XI s. m. Praedecessor Noster die 1 Aprilis anno MDCCXVII decrevit—*Constare de virtutibus Ven. Servi Dei Petri Forerii, tam Theologabilis, scilicet Fide, Spe, et Charitate, quam Cardinabilis, nimirum Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia, earumque respective adnexis in gradu heroico.*

Quaestio vero super miraculis agitata est in S. R. Congregatione, cum Fidei Promotoris munere fungeretur inclitae me-

(1) Véase la pág. 39.

moriae Praedecessor Noster Benedictus XIV, qui ea de re loquitur in suo Opere de Canonizatione Lib. IV, cap. XV; eadumque pro veritate propugnata sunt a summo Viro Ioanne Lancisio, et sunt eiusmedi: 1.^o *Duo mortui, invocato Beato Petro Fourier, et Reliquiarum eiusdem super ipsis applicatione ad vitam redeunt;* 2.^o *Monialis a decem mensibus variis morbis acerbissimus vexata, et demum moribunda, applicatione Imaginis Bcati Petri Fourier, et Reliquiarum eius in instanti plenissima donata valetudine;* 3.^o *Mulier ita morbo comendio, seu sciatica ab anno et amplius affecta. ut nec stare, nec ambulare posset, repente sauvatur;* 4.^o *Duo fratres, ab annis plurimis molestissimis et incurabilis herniis affecti, recursu ad Beatum Petrum Fourier instantanae simul et perfectissime sanantur.*

Iis miraculis apprime probatis, decretoque Pontificio confirmatis, s. m. Praedecessor Noster Benedictus XIII, Litteris Apostolicis in forma Brevis, Beatorum numero Petrum adscripsit, die X Ianuarii anno MDCCXXX. Ex eo tempore, etsi nunquam defervuerit Beati memoriae cultus, tamen Causa siluit usque ad annum MDCCCXLV, quo tempore resumpta est ad Canonizationis effectum, Anno autem MDCCCXXXII, die XI Septembris datae sunt Litterae remissoriales pro construendo processu Apostolico super miraculo apud Curiam ecclesiasticam Argentinensem: die vero XX Decembris insecuente anno pro Apostolica alterius miraculi Inquisitione apud Curiam ecclesiasticam Parisiensem instituenda.

Primum miraculum accidit anno MDCCCLXVIII, Mariae Alexandrae moniali Soladitatis a *Domina nostra*, cui nomen *Abbaye aux Bois*, in Archidioecesi Parisiaca. Ipsa, anno MDCCCLXVII lintheaminum sarcina onusta, dum scalas ascenderet prolapsa, genu in gradu earum vehementer offendit. Acerrimus in ictu dolor, postea ita sensim elanguit, ut Alexandra suis officiis fungi posset. Sed anno insecuente, mense Aprili insidiosus morbus hactenus tanta erupit vi, tamque diris symptomatibus, ut funestam Medici facerent prognosim. Nam dolori perpetuo atque acutissimo saeva febris accesserat, inflatio lateris dextri totius, virium debilitas summa, deliquia, ciborum nausea. Nec remedia proderant ab expertissimis medicis adhibita. Arthritis traumatica (talem esse morbum compertum fuerat

Doctoribus) in dies progrediebatur, nullaque iam erat salutis spes. Ad opem B. Petri Alexandra et Sorores fiducia plenae confugiunt, novendiali supplicatione, admotisque ad genu aegrum eius Reliquiis. Nocte illius diei, qua novendiales preces inceptae sunt, Alexandram placidissimus complectitur somnus; postridie mane, gratulantibus Sororibus, surgit e lecto, citissime ambulat, libentissime manducat. Nulla autem diris morbi, atque ipsarum Chirurgorum incisionum vestigia.

Alterum accidit mense Iulio MDCCCLXXXI, Mariae Franciscae eiusdem Congregationis sodali asceterio Argentinensi. Illa, quae pridem gravissimis uteri perturbationibus obnoxia fuerat, mense Aprili MDCCCLXXXI stomacho laborare ceoipit, et doloribus atrocissimis cruentae vomitiones successerunt. Ex vomitionibus haud satis Medicis constabat, an de cancro, an de ulcere ageretur; ulcus tamen vicit ex complexu symptomatum, atque ex origine morbi. Quatuor per annos eo divexata Francisca cadaveri similis decumbebat, cum novendiales preces ad Beatum Petrum inceptae sunt. At furere magis morbus visus est, verumtamen fiducia intercessionis maior apud Franciscam et Sodales. Sub noctem postremi novendialis supplicationis diei, e coelo Beatus favet. Francisca, cum placide obdormivisset, nullo sustentata fulcimine e lecto surgit, in asceterii Oratorium gratulabunda pergit, et SS. Eucharistiam una cum Sororibus sumit. Deinceps valido cibo reficitur, solitosque lares obit, et plures per annos obire perrexit validissime.

De his Miraculis cum disceptatum esset in Congregationibus antepreparatoria et preparatoria S. Congregationis, die XVI Novembris anno MDCCCXCVI, causa ad Nos delata est, quaesitumque in comitiis generalibus eiusdem Congregationis. —*An, et de quibus miraculis post indultam eidem Beato venerationem constet in casu, et ad effectum de quo agitur.*—Nos, tum Cardinalium, tum Consultorum suffragiis auditis, implorato Paracliti lumine, die VI Ianuarii hoc eodem anno, decrevimus—*Constare in casu de duobus miraculis,*—scilicet de primo, *Instantanae perfectaeque sanationis Matris Mariae Alexandrae à gravissima arthritide in genu dextero; deque altere: Instantanae perfectaeque sanationis Mariae Franciscae à gravissimo ulcere stomacho.*—Dominica autem in Septuagesima

eodem anno, iterum. Divini Spiritus lumine implorato, decrevimus *Tuto procedi posse ad solemnem B. Petri Canonizationem.*

Deinceps, iuxta verendam consuetudinem, in Consistorio secreto habito die decima nona Aprilia vertente anno, universos Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales hac de re rogavimus, ut mentem suam aperirent. Qui Beati Petri gestis ac virtutibus nec non miraculis, eius intercessione a Deo patratis, narratore dilecto Filio Nostro Cardinali Caietano Aloisi-Masella S. Rituum Congregationis Praefecto, auditis, unanimi consensu ad Sanctorum honores Beatum Petrum evehendum esse consueverunt. Tum, eadem die Consistorium publicum habuimus, atque iterum de gestis et virtutibus Beati Petri disseruit dilectus filius Philippus Pacelli S. consistorialis Aulae Advocatus. Curavimus deinde, Litteris a Sacra Concilii Congregatione datis, non modo viciniore Episcopos, sed etiam remotissimos de fausto eventu certiores fieri, ut Romam se conferrent Nobis sententia sua adfuturi. Qui cum ex universo terrarum orbe plurimi convenissent, Causa plene cognita, tum ex iis quae gesta fuerant in publico Consistorio, tum ex documentis S. R. C. quorum exemplar singulis tradi voluimus, in semipublico Consistorio habito die XX Maii vertente anno Sententiam dedere suam, non modo Ven. Fratres Nostri S. R. C. Cardinales, sed Patriarchae, Primate, Archiepiscopi, Episcopi qui ad hanc Canonizationem perficiendam unanimi consensu Nos impulerunt. Cuius rei instrumenta a dilectis filiis Sedis Apostolicae Notariis publice confecta, in Tabularium R. S. C. relata sunt.

Solemnia autem vius Canonizationis celebrare statuamus in Basilica Vaticana, die vigesima septima Maii, mirabili Domini Nostri Iesu Christi in Coelum Ascensionis dicata. Indicto interea ieiunio, statutisque Ecclesiis ad sacras Indulgentias lucrandas, hortati sumus Fideles, ut vera cordis contritione, sibi novensiles Sanctos propitios facerent, et benevolos coelestium donorum intercessores.


Statuta igitur faustissima, die, omnes tum saecularis tum regularis Cleri Ordines, singuli Romanae Curiae Praesules et Officiales, Venerabiles Fratres Nostri S. R. C. Cardinales, Patriarchae, Primate, Archiepiscopi, Episcopi convenerunt. Qui-

bus praeceuntibus solemnī supplicatione Nos ingressi sumus Vaticanam Basilicam magnificentissime ornatam. Tunc Dilectus Filius Noster Cardinalis Caietanus Aloisi-Masella Canonizationi huic procurandae praepositus, perorante dilecto filio Balthas- sare Capogrossi-Guarna, sacrae consistorialis Aulae Advocato, Nobis vota detulit Sacrorum Antistitum, necnon Ordinis Cano- nicorum Regularium S. Augustini, et monialium congregationis *Dominae Nostrae*, cumque iterum et tertio iisdem votis et precibus institisset; Nos Divini Paracliti afflatu humiliter implo- rato, ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad Catho- licae Fidei incrementum et decus, Auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Sanctorum Apostolorum Petr. et Pauli, et Nostra, matura deliberatione et voto Fratrum Nostrorum S. R. C. Car- dinalium, Patriarcharum, Primatum, Archiepiscoporum, Epis- coporum consilio, praedictum B. Petron Sacerdotem, reforma- torem Canoniorum regularium S. Augustini, et Institutum rem Monialium congregationis titulo *Dominae Nostrae* et regula eiusdem S. Augustini, Sanctum Confessorem esse declaravimus.

Cui, eodem Decreto sociavimus Antonium Mariam Za- caria, Sacerdotem, congregationis S. Pauli vulgo «*Barnabitarum*,» et Virginum Angelicarum fundatorem, et ipsum virtutibus, imitatione Domini Nostri Iesu Christi, et magnis miraculis Ecclesiae militantis decus et praesidium.

Memoriam S. Petri Fourrier quotannis in martyrologio die nona Decembris referri mandavimus, et cunctis Fidelibus, qui eius exuvias, dicta die, venerati fuerint, Indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum perpetuo impartivimus. Gratiis deinde Deo Optimo Maximo actis, adstitimus Venerabili Fratri Nostro Card. Aloisio Oraglia Episcopo Ostiensi et Veli- terno, et S. Collegii Decano, Rem divinam solemniter facienti, et post Evangelii lectionem, confertissimam, et exultantem multitudinem adhortati sumus, ut Joventium Sanctum, gra- tiam, imitatione virtutum sibi potissimum conciliaret. Deinde, Apostolica benedictione solemniter impertita. Apostolicas has Litteras manu nostra et S. R. E. Cardinalium signatas, sub Plumbo expediri mandavimus.

(Se continuará.)



POBREZA LEGAL DE LAS FÁBRICAS

Siendo de reconocida importancia para las Iglesias pobres, como lo son en su casi totalidad poder aspirar en las contiendas judiciales á los beneficios de la pobreza legal, con arreglo á los artículos 13 y siguientes de la ley de Enjuiciamiento civil, insértase á continuación la sentencia, no apelada, recaída en el incidente instado por D. Anastasio Serrano Rubio, Párroco de San Miguel y San Julian el Real de Valladolid, en pleito sobre reivindicación de terrenos promovido por Doña Teresa Rodríguez y Rodríguez.

SENTENCIA

En la ciudad de Valladolid á 10 de Noviembre de 1897, el Sr. D. Manuel García López, Juez de 1.^a instancia del Distrito de la Audiencia y su Partido, habiendo visto los autos que preceden, seguidos entre parte de una como demandante D. Anastasio Serrano Rubio, Párroco de la de San Miguel y San Julian el Real de esta Ciudad representado por el Procurador D. Antonio Bujedo, bajo la dirección del Letrado Dr. D. Tomás de Lezcano; y de la otra en concepto de demandada Doña Teresa Rodríguez y Rodríguez, mayor de edad, viuda, á quien representa y defiende respectivamente el Procurador D. Eugenio Ruiz y Abogado Dr. D. Eladio García Amado, sobre que al D. Anastasio Serrano se le declare pobre en el concepto legal y en calidad de Párroco de la citada iglesia para sostener y continuar un juicio de menor cuantía que ha formulado Doña Teresa, pidiendo la reivindicación de terrenos lindantes con la Parroquia mencionada, en cuyos autos ha sido parte el Sr. Abogado del Estado.

1.^o Resultando: que en escrito fecha 20 de Julio último el Procurador Bujedo, al contestar la demanda principal por medio de otrosí, formuló el incidente de pobreza que queda indicado en el que, por los hechos y fundamentos en él consignados solicitó, que á su representado se le declarase pobre legalmente, para en el concepto de párroco, litigar con Doña Teresa Rodríguez, en el juicio á que se refiere el encabezamiento de este proveído.

2.º Resultando: que reclamadas de oficio y unidas á los autos las certificaciones del censo electoral y contribución tanto territorial como industrial, y adicionadas las copias, se emplazó á los demandados para que en término de nueve días compareciesen y contestasen la demanda, lo que verificaron en tiempo oportuno.

3.º Resultando: que recibido á prueba el juicio, durante el período probatorio, se practicaron las propuestas por las partes, que obtuvieron la declaración de pertinencia; y tanto de las posiciones absueltas por el demandante, á instancia del Procurador Ruiz, como de las certificaciones traídas á los autos á petición de ambas partes, resulta que la iglesia de San Miguel y San Julian el Real, percibe del Estado la cantidad líquida de 800 pesetas anuales con las que tiene que cubrir todas las atenciones de fábrica, como son, sacristán, organista, oblata, cera, aceite y reparos de la iglesia.

4.º Resultando: que terminado el período de prueba, estas se unieron á los autos, mandándose traer los mismos á la vista, para sentencia, con citación de las partes, sin que ninguna solicitase la celebración de aquella.

5.º Resultando: que en la tramitación y sustanciación de este incidente se han observado las reglas que para los de su clase marca la ley rituaría, sin que se observe vicio ni defecto en el procedimiento.

1.º Considerando: que la justicia se administrará gratuitamente á los pobres, que sean declarados con derecho á tal beneficio conforme á lo dispuesto en el art. 13 de la Ley de Enjuiciamiento civil.

2.º Considerando: que para obtener dicha declaración de pobreza, es necesario, que el que la solicite, reúna y justifique los requisitos que exige el art. 15 de la misma ley.

3.º Considerando: que tanto de la prueba documental practicada á instancia de los Procuradores Bujedo y Ruiz, y de las posiciones absueltas á petición del segundo, aparece que la iglesia de San Miguel y San Julian el Real, solo percibe al año la cantidad de 800 pesetas, con las que tiene que sufragar los gastos de sacristán, organista, etc., que quedan mencionados.

4.º Considerando: que según sentencia del Tribunal Supremo


af e h 18 de Octubre de 1864, para declarar ó nó pobres á los Párrocos, se tendrá por base únicamente la asignación que del Estado perciben las parroquias respectivas, y

5.º Considerando por último; que la de San Miguel y San Julián de esta Ciudad, percibe al año 800 pesetas, cantidad manifiestamente inferior al doble jornal de un bracero en la localidad, no pudiendo tenerse en cuenta los derechos de fábrica y otros, que por ser eventuales no sirven de computación para los efectos de la declaración de pobreza.

Vistos los artículos 20, 21 y demás aplicables de la referida ley:

Fallo: que debo declarar y declaro pobre, en sentido legal, á D. Anastasio Serrano Rubio, para que en concepto de Párroco de la de San Miguel y San Julian el Real de esta población, pueda continuar la tramitación del juicio que sobre reivindicación le ha formulado Doña Teresa Rodriguez y Rodriguez, entendiéndose esta declaración, sin perjuicio de las obligaciones que determinan los arts. 36, 37 y 39 de la susodicha ley, sin hacer especial condenación de costas.

Así por esta mi sentencia, definitivamente juzgando, lo pronuncio, mando y firmo.—*Manuel Garcia López.*



Asociación de SUFRAGIOS MÚTUOS del Clero de la Diócesis.

Número 2.

El día 24 de Enero último falleció D. Nicolás Rivero González, Párroco de Santa María del Castillo de la villa de Cuenca de Campos; y habiéndose hecho constar que pertenecía á la Asociación y por certificado del Sr. Arcipreste que tenía aplicadas las misas todos los asociados celebrarán por él la de Reglamento.